Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Imitatores xpi estote et Sequitur Capitula
obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis
formam ab eo. Ro. Nolite erubescere testimonium
ihu xpi sed laborate in euangelio secundum uirtutem
dei qui uos liberauit uocatione sua non secundum
opera uestra sed secundum propositum suum et gratiam que da
ta est uobis in xpo ihu domino nostro Deo Collecta
Fac nos domine quesumus tibi prompta uo
luntate subiectos et ad supplicandum tibi no
stras excita uoluntates. P. Euan. an. Magister
scimus quia uerax es et uiam dei in ueritate doces alleluia
V. Interrogatus a iudeis dominus scilicet censum dare cesari re
spondit ihus et dixit reddite ergo que sunt cesaris cesari
et que sunt dei deo alleluia Dominica vicesima tercia
post octauas penthecostes Secundum Matheum
In illo tempore Loquente ihu ad turbas Ecce princeps
unus accessit et adorauit eum dicens Domine filia
mea modo defuncta est sed veni et impone manum
super eam et uiuet Et Reliqua Omelia ve. bede presbiteri
Et ecce uir uenit cui nomen yarus et ipse prin
ceps synagoge erat post lectionem quoniam de abiectione
synagoge fideque ecclesie atque iterum instauratione syna
goge consequenter archisynagogi filia moriens sub
iungitur Tu autem Quam dum suscitatum properat
dominus preoccupat emoroissa mulier percipit sani
tatem fideque ut post ueniens per salutem ponatur
Ethiopia enim preueniet manus eius deo Et cum
intrauerit plenitudo gentium tunc omnis israhel
saluus fiet Princeps itaque synagoge nullus me
lius quam ipse moyses intelligitur Tu autem Unde
bene yarus id est illuminans siue illuminatus vocatur
Quia qui accepit uerba uite dare nobis et per hoc
ceteros illuminat et ipse a spiritu sancto quo uitalia
monita scribere uel docere possit illuminatur Et cecidit
ad pedes ihu rogans eum ut intraret domum eius
Sic caput xpi deus pedes eius consequenter incar
nacio qua terram nostre mortalitatis tetigit accipien
di sunt Tu autem Capitulum
Fratres non cessamus pro uobis orantes et
postulantes ut impleamini agnitione uolun